

Er bringt die Notwendigkeit des Dankes für empfangene Wohltaten zum Ausdruck. B. Antonius von Bamberg und sein Kapitel, die hier persönlich anwesend seien, hätten ihn beauftragt, diesen Dank vorzutragen. Er gelte an erster Stelle Nikolaus V., sacrosancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici, cui ecclesia sub scismate disceptacionis periculosisimis adhuc anfractibus fluctuante remigium navicule Petri divinitus est commissum, cui eciam dudum nuper eiusdem adhuc tempestatis insolencia non 5 penitus tranquillata prememoratus hic reverendus pater etc. et suum venerabile capitulum cum toto huius ecclesie clero puram et irrefragabilem prestiterunt obedienciam tanquam summo vero et legitimo vicario Iesu Christi. Qui quidem sanctissimus pater et dominus noster, ut tunicam Christi deterrimis pravorum moribus laniatam sollicitudine pastoralis sui officii sibi desuper commissi resarciat et reformet, viros apostolicos in omnes, ut accipimus, ecclesie fines statuit destinare, qui deformia 10 reformat, obliqua rectifcent ed ad ewangelice conversacionis regulam pro suo posse cunctum reducant populum christianum. Inter quos vestra reverendissima paternitas velut lucifer matutinus in medio nebulae in Alemannia emicuit hic nobiscum atque, ut aliquo fructu spirituali Christum lucificiat et populum similiter acquirat bonorum operum sectatorem, multorum precordiorum nubila apostolice doctrine radiis atque lumine veritatis ewangelice serenavit.

Licet hec eadem vestra reverendissima paternitas secundum apostolice legacionis ac commissionis officium circuierit benefaciendo atque sanando omnes corruptis moribus egrotantes, iam plurima visitando, specialiori tamen consideracionis oculo dignata est presentem invisere locum et habitudinem explorare huius inclite ecclesie Bambergensis, que eciam peculiariori quodam debito propter sui exemptionem Romane ecclesie dinoscitur obligari, inibi populum divini verbi parabola, nedum 20 suavi et placido, sed et profundo admirabili quodam elocucionis genere recreando, nonnullam etiam theologicę veritatis abdita reserando totumque huius ecclesie clerum synodaliter congregatum ad ecclesiasticas mores et ad omnem canonicam rectitudinem adhortando, propositas eciam causas sobria consideracione examinans secundum equitatis regulam mansuetissime sponiendo, observata nichilominus ea que decuit gravitate pro his itaque et aliis, que non facile possunt exprimi singillatim, pre- 25 nominatus reverendus hic pater et dominus etc. et suum venerabile capitulum devotas ac inmensas graciarum resonant acciones, devotissime supplicantes, quatenus, si quid minus digne, si quid minus quam decuit reverencie exhibitum sit aut quomodolibet omissum, quod tante dignacioni decuit exhiberi, vestra reverendissima paternitas clementer indulget et ignoscat. Si quid vero vel remuneratur actum, animo tamen et intencione legacionem apostolicam honorandi gratanter et paternaliter 30 respiciat et acceptet atque sepedictum hic reverendum patrem etc. et suum venerabile capitulum apud sanctissimum dominum nostrum gracie et favorabiliter habeat recommissos.

Sie werden für das Gelingen seines Auftrages und für eine erfolgreiche Reise beten.

¹⁾ Zur Datierung s.u. Anm. 3.

²⁾ Zu Iohannes de Ratispona (Iohannes Mor-, Murman de Beireut) s. F. J. Worstbrock, in: Verfasserlexikon IV/2-3 (1982) 715-718. Er war Professor an der Universität Leipzig, damals noch in der Artes-Fakultät, obgleich schon Lizentiat der Theologie, seit (1452?)/1453 als Magister in der theologischen Fakultät. Unter dem Text heißt es: Recitata per doctorem sacre theologie Io. de Ratispona.

³⁾ Die Überschrift lautet: Reddicio quedam graciarum coram cardinali in Bamberga in suo recessu facta nomine episcopi et sui capitulo. Aus der Nennung Nikolaus' V. (Z. 3) und den weiteren Angaben folgt zweifelsfrei, daß es sich um NvK handelt.

1451 Mai 9.

Nr. 1287

Gothart Koch sagt NvK als B. von Brixen quitt für die von ihm, Gothart, den Bischöfen Georg und Johann sowie dem Kapitel und der Kirche von Brixen geleisteten Dienste, nachdem ihn Linhart Wismayr, Kirchherr zu Tirol, als anwalt der Kirche von Brixen entlohnt habe.

Or., Pap. (aufgedrücktes Siegel des edelen Hanns Stempel): BRIXEN, Diözesanarchiv, OA Nr. 733.

Kop. (18. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, Hs. D 9 (Resch).